

19 april 333 (IDEM A. FELIC)I. Quoniam per neglegentiam seu proditionem tu(torum) et curatorum possessiones iuris enfyteutici vitio in(terce)dente commissi e minorum fortunis avelluntur, pla(cet, ut) tutor curatorve, cuius officio manente possessiones (mino)ris iuris enfyteutici praerogativam commissi offen(sa pe)rdiderint, tantum de facultatibus propriis censura im(mine)nte minoribus restituat, quanto rem valere potuisse (cons)tabit. DAT. XIV K. MAI. CONST(ANTINO)P(OLI) DALMATIO ET ZENOFILO CONSS.

Interpretatio. Si forte cesserit, ut minores possessionem iuris emphyteutici, hoc est, quod ex fisci bonis parentes eorum habere meruerant, sub qualibet praestatione tenuerint, et hoc per negligentiam sive proditionem tutoris aut immunitum fuerit aut certe sublatum, quicquid perierit, a tutore vel curatore esse reddendum.

4 mei 333 IMP. CONSTANTINUS A. et c. ad Severum comitem Hispaniarum. Scripturae diversae et fidem sibi invicem derogantes, ab altera parte prolatae, nihil firmitatis habere potuerunt. DAT. IV NON. MAI. CONSTANTINOPOLI, DALMATIO ET ZENOPHILO CONSS.

Interpretatio. Si quis multiplici scriptura contractum suum munire cupiens de una re venditionem et donationem proferat vel quaecumque alia documenta: omnia rescindantur, quia impugnantes se chartulas lex haec vetat admitti.

4 mei 333 IDEM A. AD. SEVERUM COM(ITEM)

HISPA NIARUM. Data iam pridem lege statuimus, ut donationes interveniente actorum testificatione conficiantur. Quod vel maxime inter necessarias coniunctissimasque personas convenit custodiri, si quidem clandestinis ac domesticis fraudibus facile quidvis pro negotii opportunitate configi potest vel id quod vere gestum est aboliri. Cum igitur ne liberos quidem ac parentes lex nostra ab actorum confessione secernat, id, quod necessario super donationibus apud acta conficiendis iam pridem statuimus, universos teneat, salvo tamen iuris privilegio, quod liberis et parentibus suffragatur, scilicet ne traditionis vel mancipationis sollemnitas sit necessaria. DAT. IV NON. MAI. CONST(ANTINO)P(OLI), DALMATIO ET ZENOFILO CONSS.

mei 333 IDEM A. MAXIMUM P(RAEFFECTUM) P(RAETORI)O. Utilitate suadente annonarios et actuarios condicionales esse praecipimus, annonis etiam adiuvari et capitationem eorum qui censiti sunt haberi immunem. Ideoque tua sollertia competentia monebit officia, ut actuariis binas annonas, annonariis vero singulas protinus subministrent, capitationem quoque ipsorum tantum, qui ex his censiti sunt, faciat haberi immunem, quoad in actu fuerint constituti, nam postea vel laus eos et dignitas honorabit vel, si in culpa fuerint deprehensi, poena comitabitur. EMISSA III

333 Constantine to John Archaph

Constantine, Maximus, Augustus to John.
The letters which I have received from your prudence were extremely pleasing to me, because I learned from them what I very much longed to hear: that you had laid aside every petty feeling, had joined the communion of the Church as became you, and were now in perfect concord with the most reverend Bishop Athanasius. Be assured therefore that so far I entirely approve of your conduct; because, giving up all skirmishing, you have done that which is pleasing to God, and have embraced the unity of His Church. In order therefore that you may obtain the accomplishment of your wishes, I have thought it right to grant you permission to enter the public conveyance, and to come to the court of my clemency. Let it then be your care to make no delay; but as this letter gives you authority to use the public conveyance, come to me immediately, that you may have your desires fulfilled, and by appearing in my presence may enjoy that pleasure which it is fit for you to receive. May God preserve you continually, dearly beloved brother.

[http://www.delpher.nl/nl/boeken1/gview?
query=archaph&coll=boeken1&identifier=OnNfAAAA
cAAJ](http://www.delpher.nl/nl/boeken1/gview?query=archaph&coll=boeken1&identifier=OnNfAAAAcAAJ)